



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Assertio Omnivm Articvlorvm M. Lvtheri, Per Bvllam  
Leonis X. Novissimam Damnatorvm**

**Luther, Martin**

**[Basel], 1521**

**VD16 L 3876**

Tricesimvs. Aliqui articuli Ioannis Huss, co[n]demnati in Concilio  
Constantiensi, sunt Christianissimi, uerissimi, & Euangelici, quos nec  
uniuersalis Ecclesia posset damnare.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-33308**

ARTICVLORVM DAMNATORVM

TRICESIMVS.

Aliqui articuli Ioannis Hus, cōdemnati in Concilio Constantiensi, sunt Christianissimi, uerissimi, & Euangelici, quos nec uniuersalis Ecclesia posset damnare.

**Reuocat.** Errauī & hunc articulum reuocauī, & adhuc reuoco, in hoc qd' dixi, aliquos artículos Ioannis Hus esse Euangelicos. Quare nūc sic dico: Non aliquos, sed omnes artículos Ioannis Hus Constantiae esse damnatos ab Antichristo & suis Apostolis in synagoga illa Satanæ, ex scele ratissimis Sophistis congregata. Et in facie tuam sanctissime Vicarie dei tibi libere dico, omnia damnata Ioannis Hus esse Euāgelica & Christiana, tua autem omnia prorsus impia & diabolica. Ecce reuocationem, quam tua Bulla exigit. Quiduis amplius?

**Lutherus plusq; Hussita;** Secundo, non recte faciunt, qui me Hussitam uocant, Non enim ille mecum sentit, sed si ille fuit haereticus, ego plus decies haereticus sum, cum ille longe minora & pauciora dixerit, uelut inchoans lucem ueritatis aperire. Hoc ideo dico, ut intelligat lector, quam scelerati & impii fuerint homicidae illi Constantiæ. Conciliij Pōtifices & Pharisei, qui illum exuaserūt, cū ego me fatear Christianū, non solumq; eorū dñationē agnoscere. Nisi forte ideo permisus est exuri, quia non parum detulit Romano Idolo, & suis Satanicis statutis operationibusq; erroris: Conatus enim fuit uir ille & pius & doctus, id quod & ego in principio conabar, ut Decretis Papalibus ueritatis opinio saluam neret. At ihs saluis, ipm perire necesse erat, una cum Christo & fide & ueritate.

Igitur Ioannes Hus, nō repugnare uidetur, quo minus sit Monarchia Papæ, hoc tantum agit, impium pōtificem non esse membrum Ecclesiae, multo minus Papam, ferendum

**Lutherus Christianus uult haberi.**

MAR. LUTHERI ASSESSIO.

dum tñ sicut quemvis alium tyrannum. Ego uero etiam  
si sanctus Petrus hodie präsidet Romæ, negabo Rom. Quare papam non est  
Episcopum esse Papam: Papa enim res ficta est in mundo,  
neq; fuit, neq; est, neq; erit, sed fingitur esse. Quare ipsam  
sedem bestiæ nego, nihil moratus, sit ne bonus an malus  
qui in eo sedet. Sedes inquam, quæ sit super omnes sedes,  
nulla est in Ecclesia super terram, iure diuino, sed omnes  
sunt æquales: Quia una fides, unum baptisma, unus Christus,  
unus pater, qui operatur omnia in omnibus, qui est  
super omnia per omnia & in omnibus Ephe.iiij. Deinde  
Decretales Papæ non dico Apocryphas, sicut Viglephus Decretales,  
& Hus dicere iactant, sed impias & Christo aduersariás,  
solo spū Satanæ efflatas, qua cā & eas exuissi cū fidutia.

Fortassis & in hoc peccauit Ioannes Hus, qd duodecim  
Concilia Euangelica fecit, cum non sit nisi unicum uirgi  
nitatis siue cœlibatus: In qua tamē re deceptus est, per im  
piam Thomæ & Thomistarum Theologiam. Ita boni isti  
uiri ea quæ in Ioanne Hus optima sunt damnauerunt,  
qua uero non bona, probauerunt. Articulos ergo Ioann  
nis Hus damniatos, oēs suscipio, paratus defendere eos,  
per Christi gratiam, inuito illo rerum porteto, & abomi  
natione, quæ sedet in loco sancto, Verum omnia Ioannis  
Hus & si ab illis probata, nō admitto, ut dixi.

TRICESIMVS PRIMVS

In omni opere bono iustus peccat.

Finitis tādem articulis illis nugalibus, in quibus nec pie  
tas, nec eruditio doceri uel audiri potuit, sed de superbia  
& abusu Romanæ abominationis, coacti sumus perdere  
uerba, operas & tempus, reuertimur nunc ad res serias &  
salutares, nempe ad gratiam, liberū arbitrium peccatum,  
de gloria hominum ad gloriam dei transeūtes, de quibus re  
bus & primis articulis nō nihil tractauimus.

Hunc

Concilia  
Euangelica.